

Q. 169, SYNOPSIS

13 quam in

SERENISSIMI AC POT.

ELECTORIS SAXONIAE

Ve

152

DNI. JOHANNIS GEORGII II.

DECISIONES  
NOVISSIMAS,

Anno 1661 d. 22. Jun. editas, concepit

LUDOVICUS Edelingf /

jam Prætor Löbej.

&

*Ut esset conveniens & necessarium  
additamentum*

PARATITLORUM TOTIUS JURIS &C.

ANNO 1666. emissorum,

*Cum Indiculo Rerum & Verborum,*

edidit

JOHANNES BIELKIUS,

Bibliop. Jenens.

---

JENÆ, Literis SAMUELIS KREBSI.

ANNO M. DC. LXXIX.

(X1973676)



pi  
sta  
m  
vi  
bi  
N  
no  
m  
ta  
C





LECTORI BENEVOLO  
SALUTEM!

**L**uris positivi fun-  
damentum, quod  
ex jure naturali  
(quatenus id dire-  
ctò aliquid præci-  
pit aut prohibet) it. ex ipsa hone-  
state atque justitia desumitur, im-  
mutabile & divinâ quadam pro-  
videntiâ confirmatum atque sta-  
bilitum esse, probat *S. pen. J. de J.*  
*N. G. & C.* Sed tamen ipsum Jus  
nostrum Civile pro voluntate ho-  
minum, & quidem propter utili-  
tatem aliquam insignem, aut aliàs  
Circumstantias, mutationi per-  
A 2 quàm

quàm esse obnoxium, cum ipso jure (*vid. alleg. §. pen. J. dict. tit. it. §. ult. J. de Legit. agn. tut.*) testis est non tantùm Aristot. *Lib. 5. Eth. c. 10. & Lib. 4. c. 5. Eudem.* sed & omnium rerum Magistra Experientia. Hinc tot Leges, tot Constitutiones, tot recentioris & antiqui juris volumina, quot ferè hominum capita, reperies.

Ne itaque vel voluminum magnitudine ac multitudine oneremur, vel in tantâ obsoleti & novi juris diversitate nimium difficile sit servare differentiam juris recepti & usu adhuc conservati; & rursus ejus, quod abolitum est: hinc Paratitla atque Juris Compendia, quibus multæ prolixitates legentium oculis breviter & facillimè subjiciuntur, meò quidem levidensi judiciò, apprimè

CON-

conducunt. Sunt enim filum  
 Ariadneum, cujus ductu ex pro-  
 lixatum labyrintho educimur.  
 Imò nihil aliud sunt, quàm me-  
 moriæ adminiculum! Ecquis e-  
 nim tantâ memoriæ felicitate  
 præditus est, quantâ Mithridates  
 viginti duarum gentium Rex  
 (*qui totidem linguis absque Inter-  
 prete jus dixit*) it. Rex Macedo A-  
 lexander (*qui totam Homeri Ili-  
 dem & magnam Odyssee partem  
 edidicit*) Seneca Philosophus (*qui  
 duo millia versus aut vocabula, eò  
 ordine, quò fuere prælecta vel au-  
 dita, potuit memoria imprimere  
 atque recitare,*) & alii, sed nume-  
 rô pauci! Hæc, quæ dixi, move-  
 runt etiam quosdam ut in Aur.  
 Bullam Recessus Imp. Capitul. &  
 Constit. Electorales conscripse-  
 rint Paratitla, quæ Anno 1666.

congeſta, typis excuſa, & edita  
 ſunt. Poſtquam verò à ſummo  
 Protectore & Defenſore Juris Sa-  
 xonici, nempe Sereniſſimo Ele-  
 ctore Saxonico ( cui cura & con-  
 ſervatio Juris iſtius potiffimum  
 commiſſa eſt in Pragmatica San-  
 ctione Imperatoris Caroli IV.  
 quam Auream Bullam vocant,  
*ſub tit. vom Rechten des Pfaltzgra-  
 fen und Herzogen zu Sachſen re.  
 vid. Georg Schulz in prolegom. ad  
 Inſt. in ſin.* ) editæ ſunt NOVEL-  
 LÆ DECISIONES, conti-  
 nentes optimas, & in Dicasteriis  
 hæctenus controverſas materias,  
 & declarantes, sæpè etiam immu-  
 tantes Jus Saxonicum & Conſti-  
 tutiones Electorales, quæ vigent  
 in plerisque Saxonix locis: Pla-  
 cuit primitùs in Studiorum me-  
 orum gratiam & has Synopticè  
 con-

conscribere, loca Constitutionum, Ordinationis Process. &c. sæpè in Decisionibus hisce non allegata; & tamen vel declarata vel immutata, in fine cujuslibet fermè Decisionis subnectere, & jam, præter intentionem, ad Bibliopolæ petita, publicæ luci exponere. Hisce præmonitis Te, Lector Candide, divinæ protectioni committo.

Die Erörterung der in Anno 1653. und 1657. übergebenen Landesgebühren / Tit. von Justitien Sachen S. Es hat sich auch zum 48. pag. 36. de his Decisionibus ita se habet:

**E**s haben Wir an die Hoffgerichte / Consistorien / Juristen Facultäten un̄ Schöp̄penstühle zu Leipzig und Wittenberg

berg gemessene Befehliche ergehen  
 lassen/diejenigen disputirlichen Fäl-  
 le/darinnen bishero ungleich gespro-  
 chen worden/samt ihren angeheng-  
 ten Bedencken/so viel möglich/in ei-  
 nen Bericht zu bringen / und einzu-  
 schicken/welches sie dann auch gehor-  
 samlich zu Werck gestellet. Hier-  
 auf haben Wir viere aus unsern Kä-  
 then/viere von der Ritterschafft / und  
 vier Doctores Juris aus denen  
 Städten verordnet / solche zweiffel-  
 hafte unerörterte Fälle / exemplo  
 Majorum, in reiffe deliberation  
 nehmen / und dem gemeinen Wesen  
 zum besten/auch Abwendung vieler  
 schädlichen Inconvenientien (weiln  
 die Justitia constans & perpetua,  
 und keine Quæstio so wichtig/ die ex  
 jure & juris ratione nicht bestän-  
 dig zu decidiren zc.) zu einer Gewiß-  
 heit bringen lassen / auch mit unse-  
 rer

re  
 dü  
 ge  
 ha  
 na  
 De  
 ge  
 laf  
 da  
 bl  
 ne  
 un  
 V  
 ge



9.  
rer Brüdere **L. L. L.** noth-  
dürfftige communication darüber  
gepflogen *re. add. verb. præfat. ad*  
has Decisiones inter alia ita so-  
nantia : Als haben Wir sie ( die  
Decisiones ) als Landes = Sakun-  
gen *re. in* offenen Druck fertigen  
lassen; Gestalt dann auch hochge-  
dachte Ihre **L. L. L.** ebenmäßige pu-  
blication an ihren Landes-portio-  
nen und Stifftern/ nach Anleitung  
unser<sup>s</sup> freundbrüderlichen  
**Vergleichs** / gebührend verfü-  
gen/und Ihre Regierungen und an-  
dere Gerichte darauff weisen  
werden *re.*



**A S**

**Sere-**

*Serenissimi Electoris  
Saxonici,*

**DN. JOHANNIS  
GEORGII II.**

**DECISIO I.**

*De probando possessorio.*

**I**N possessorio momenta-  
neo s. summarissimo ad mi-  
nimum unus testis jurato  
deponat & possessionem pro-  
bet: Sed si inter litigantes appareat  
periculum factionis aut tumultus,  
tunc duo non jurati testes sufficiunt.

*Add. ex Corp. Sax. die Resolution*  
*der Erörterung der in Anno 1653.*  
*und 1657. übergebenen Landesgebre-*  
*chen. Tit. von Justitien-Sachen. S.*  
*Es will auch zum 36. &c. pag. 30.*

**DECIS. II.**

*De*

*De Exceptionibus contra sen-  
tentiam & Instrumenta gva-  
rentigiata.*

**P**Ræter exceptiones solutionis & compensationis etiam aliæ, quæ in continenti verificari possunt, contra latam sententiam aut Instrumenta gva- rentigiata admittuntur : Ita ta- men, ut intra tres septimanas à die insinuatæ actionis opponantur ; aliàs in termino Executionis, præter dictas Exceptiones, nulla alia ulterius locum habet, sed potius in Reconventionem Reus cum ea remittitur.

*Add. Gerichts Ordn. de Anno 1622.  
Tit. von den Exceptionen XI. it. al-  
leg. Resolutio oder Erörterung &c.  
dict. tit. §. 2. 3. 4.*

DECIS. III.

*De Testimoniis s. Attestatis  
Judicium.*

**J**udicis attestato super formalibus  
Processûs in tantum fides tribuitur,

in quantum id convenit cum Actis:  
 Sin verò testetur de partium coram  
 iudicio propositis causis & transacti-  
 onibus, tunc fides ipsi habetur, usque  
 dum ab Adversario contrarium fue-  
 rit probatum.

#### DECIS. IV.

*De restitutione elapsi termini  
 Saxonici in probanda dote  
 illata.*

**F**Oeminis etiam post elapsum ter-  
 minum Saxonicum, per restitutio-  
 nem, alius ejusmodi terminus ad pro-  
 bationem dotis illatæ conceditur;  
 quia hoc in passu cum minoribus &  
 universitatibus comparantur: Ita ta-  
 men ut ad hunc terminum impetran-  
 dum non ordinariam actionem insti-  
 tuere, sed nudam implorationem aut  
 exceptionem adhibere debeant. Hoc  
 secundò terminò etiam præterlapsò,  
 non amplius audiuntur.

*Add. Proceß-und Gerichts Ordn. Tit.*

DCX

der Beweisung XX. It. Constit. Elect.

16. p. 1.

DECIS. V.

*De probatione dotis respectu*

*Impuberum per Statutum privilegiorum.*

**S**Tatutum generale, quô Impuberes præferri debent omnibus Creditoribus, non derogat privilegio personali & juri prælationis, quod competit mulieribus ratione dotis.

*Add. alleg. Process. Ordn. Tit. XLIII.*

*It. Const. 28. p. 1.*

DECIS. VI.

*De prioritate Dotis respectu*

*Creditorum.*

**M**ulier, etiamsi scienter obæratò nupsit, non tamen ideò privatur, jure prioritatis in repetēda dote: nisi reliqui Creditores fraudem & dolum mulieris manifestum velint ostendere: Contra quos tamen mulieri Reprobatio salva est.

*Add. Constit. 28. p. 1.*

**DE-**

## DECIS. VII.

*De pecunia hereditaria.*

**P**ecunia hereditaria, (Erbgeld) ratione cujus usuras percepit Creditor, non præfertur doti mulieris, nisi debitor fuerit in mora, adeoque Creditor ipsum propter ejusmodi pecuniam judicialiter interpellaverit, & Processum Executionis instituerit, quô casu, etiamsi interesse moræ petatur, nihilominus jure prioritatis talismodi pecunia fruitur.

*Add. Process- und Gerichts-Ordn.  
Tit. von den Gläubigern/ welche die  
prærog. XLII. §. Es wird aber &c.*

## DECIS. VIII.

*De usuris Ecclesie, Scholæ &c.  
debitis.*

**E**cclésiis, Scholis, Universitatibus, Stipendiatis & Xenodochiis usuræ unâ cum forte principali solvendæ sunt, etiamsi alii Creditores nequidem Capitalia consequi possint.

*Et*

Is.

Et hoc saltem in allodialibus ita obtinebit.

*Add. Proc. und Gerichts-Ordn.  
Tit. von denen Chirographariis L.  
§. Es ist auch &c.*

## DECIS. IX.

### *De usuris pupillo debitis.*

**P**upillis, existente concursu super bonis tutoris, qui tutelam nondum deposuit, cum forte principali etiam debentur usurae ob pupillarem pecuniam in commodum tutoris versam aut ignaviter otiosam relictam: etiamsi alii Creditores ne quidem Capitalia sua consequi possint.

*Add. Constit. Elect. 28. p. 1.*

## DECIS. X.

### *De usurarum praelatione in debito feudali.*

**C**reditor, qui in bonis feudalibus cum consensu Domini & simultaneè investitorum pignus aut hypothecam consecutus est, unâ cum

Capi-

Capitali etiam accipit usuras, & habet jus prælationis etiam præ aliorum Capitalibus: nisi consensus sit restrictus ad debitum principale, & expressè exclusæ sint usuræ.

*Add. Gerichts-Ordn. Tit. 50. §. Es ist aber &c. It. Constit. 28. p. 1.*

## DECIS. XI.

### *De Relutionis tempore.*

**R**elutio rerum s. bonorum adjudicatorum (verholffenen Guths) intra annum Civilem, h. e. 52. hebdomad. fieri debet, nec conceditur annus Saxonicus, h. e. unus annus, sex septimanæ & tres dies, vulgò Jahr und Tag. *Add. Constit. Elect. 32. p. 1.*

## DECIS. XII.

*An in causis executivis documenta saltim recognoscantur: An verò probatione & reprobatione opus sit.*

**I**n causis Executivis, si Actor pro se vel sententiam, vel Decretum vim rei



rei iudicatæ obtinens, vel etiam iudicialem Recessum (Gerichtl. Recess) ubi Reus ad certam summam est condemnatus, allegare potest, & executionem petit, tunc sine ulteriori causæ cognitione & recognitione documentorum contra Reum proceditur, eique nihil aliud, quàm terminus Saxonicus ad solvendum cõceditur. Sin verò Actor instrumenta tantum gwarantigiata (Klare Brieff und Siegel) producat ad recognitionem vel juratam diffessionem; tunc datur Reo terminus Saxonicus à tempore Instrumentorum per Copiam insinuatorum. Quod si in termino præfixo non comparet, neque se excusat; citatur sub pœna recogniti. Et quando posthac iterum emanet; instrumenta habentur pro recognitis, unde Processus Executivus contra Reum instituitur, isque cum suis Exceptionibus, si illiquidæ nec in contenti probabiles sunt, ad reconventionem remittitur; Nullatenus verò pro-

probatio & Reprobatio admittitur.  
 Si verò debitum *Ordinario processu*  
 petatur, vel processus *Executivus*  
 consistat in factis, altiore*m* indagi-  
 nem requirentibus, atque Reus litem  
 negativè contestatus fuerit, tunc pro-  
 batio & reprobatio admittitur.

*Add. alleg. Erörterung der Landes-  
 gebrechen. Tit. von Justitiensachen.  
 S. wann nemlich zum andern pag. 19.*

### DECIS. XIII.

*De Officio Judicis in possesso-  
 rio cui petitorium immiscetur.*

**P**ossessorio ab Actore institutò, et-  
 iam si quædam jura ad petitorium  
 pertinentia, cum protestatione, quod  
 nequaquam in præjudicium posses-  
 sorii hoc fiat, immiscuerit; Judex so-  
 lummodò super possessorio judicabit.  
 Si autem Actor cum possessorio simul  
 etiam jura petitorii deducit, eique  
 Reus in meritis causæ etiam ad jura  
 petitorii respondet, ita ut ex Actis  
 ventilatis justitia petitorii appareat,

(die

(die Gerechtfamkeit in petitorio erhäl-  
len thäte) tunc Judex simul etiam in  
petitorio judicabit.

DECIS. XIV.

*De Exceptionibus.*

**R**EUS post accusatam ejus contu-  
maciam ita condemnatus: daß er  
sich einzulassen und zu antworten schul-  
dig &c. nihilominus salvas habet Ex-  
ceptiones dilatorias: Ita tamen ut in  
subsequenti termino, ubi eas propo-  
nit, simul etiam litem eventualiter  
contestetur, nisi exceptiones sint fori  
incompetentis vel litis ingressum im-  
pedientes, quô casu Litis contestatio  
Reo, usque dum super Exceptionibus  
judicatum, remissa est.

*Add. Proceß - und Gerichts Ordn.*

*Tit. von Exceptionen XI.*

DECIS. XV.

*Executio an per petitionem  
restitutionis impediatur.*

Actor

**A**ctor, qui vigore alicujus Decreti, Sententiæ, Recessûs vel obligationis, executionem contra Reum impetravit, ad actionem quâ Reus restitutionem petit, prius respondere non tenetur, nisi ipsi per Executionem fuerit satisfactum. Sed hoc limitatur, nisi Reus intra terminum, ad executionem datum, læsionem & inde fluentem restitutionem, per modum exceptionis in continenti, & intra terminum executionis probare velit, quô casu non immeritò admittitur.

### DECIS. XVI.

*Executio, quando per Exceptionem non factæ versionis impediatur.*

**S**I Senatus aut alii Administratores s. præfecti communionis (Commun-Borsteher) mutuum nomine Civitatis aut communionis contraxerint, & neque Civium neque tribunorum consensum adhibuerint, tunc, nisi

nisi Creditor probet versionem, potest contra Executionem à Civibus & communiōe opponi Exceptio non factæ versionis in utilitatem publicam. Hoc ampliatur: etiamsi huic exceptioni, cum consensu Magistratûs & hypotheca communium bonorum, sit renunciatum.

Sed tamen Creditor potest Administratoribus vel litem, ut assistant, denunciare, vel etiam ipsos personaliter convenire.

## DECIS. XVII.

*De Juramento in causis injuriarum  
civiliter institutis,*

**I**n causis injuriarum, etiam civiliter & ad æstimationem intentatis, juramenti delatio obtinet: ita tamen, ut deferens prius de calumnia jurare debeat.

## DECIS. XIX.

*De tempore ad juramentum  
se offerendi.*

Ad

**A**D juramentum à Judice imposi-  
tum, intra octiduum à tempore  
rei judicatæ quis se offerre & petere  
debet, ut Adversarius ad videndum  
jurari citetur: aliàs etiam si intra ter-  
minum Saxonicum se offerat, etiam  
parte non petente, ex officio à Judice  
excludi potest, nisi legitima impedi-  
menta in continenti probare possit.

*Add. Gerichts-Ordn. Tit. XLIX. pag.  
564.*

## DECIS. XIX.

### *De Interrogatoriis.*

**R**Eô Conscientiam suam probati-  
onibus salvare volente, non ad-  
mittuntur Actoris Interrogatoria in  
meritis (so viel die Hauptsache betrifft)  
Sed tamen ipsi Actori competunt In-  
terrogatoria contra personas testi-  
um.

*Add. Gerichts-Ordn. Tit. XLIX.*

## DECIS. XX.

### *De Subsignatione Notario- rum.*

Nota-

**N**otarius in Instrumentis præcisè  
 signetum Notariatûs adhibebit,  
 aliàs, etiam si privatum sigillum adhi-  
 buerit, tamen instrumentorum nulla  
 erit vis; insuper etiam ipse pœnam  
 arbitrariam sentiet.

*Add. Râysers Maximil. Ordnung  
 von Notarien de Anno 1512.*

DECIS. XXI.

*De jurata Specificatione bono-  
 rum à matre edenda.*

**M**ater tanquam tutrix liberorum,  
 deficiente legitimò Inventariò,  
 tenetur juratam Specificationem bo-  
 norum, à marito relictorum, liberis e-  
 dere: nec sufficit nuda Specificatio,  
 quæ saltim patri, in bonis defunctæ u-  
 xoris est concessa.

*Add. Constit. 33. p. 3. S. damit aber  
 &c.*

DECIS. XXII.

*De Donatione Geradæ.*

**D**onatio Geradæ, facta coram No-  
 tario

Nota-

tario & testibus non valet, si non adhibeatur Curator ad litem. Sed tamen ante editam hanc Decisionem, ita factæ donationes valent.

*Add. Constit. Elect. 15. p. 2.*

### DECIS. XXIII.

#### *De Donatione filii minorennis.*

**D**Onatio filii minorennis patri facta non valet, etiamsi Decretum Magistratûs & Curator ad hunc actum adhibeantur: valet tamen repetita & ratificata in ætate majori.

### DECIS. XXIV.

#### *De Curatore uxoris ad alienationes adhibendo.*

**U**Xor non habens alium Curatorem quàm virum, potest ejus solius autoritate & consensu bona sua immobilia alienare. Quando autem Curatorem adhuc alium ad universa bona constitutum habet, tunc omninò talis Curator adhibendus est. Idem



dem etiam obtinet, si præsumtio sit, quòd maritus sui commodi causa alienationem promoveat; aliàs enim, deficiente alio Curatore, uxor contractum retractari potest. Et si hoc ab ipsa uxore factum nõ fuerit; ipsius heredes inde redactã pecuniam sibi vindicare & maritum excludere possunt.

*Add. Constit. 15. p. 2. §. gleicher Gestalt &c.*

### DECIS. XXV.

#### *De Renunciationibus mulierum.*

**M**ulierum renunciationes v.g. ratione dotis & donationis propter nuptias, vel dotalitii, it. intercessionem pro maritis factæ, debent fieri judicialiter, declaratõ ipsi beneficiõ S<sup>C</sup>ti Vellejani, adhibitã præsentia Curatoris, & non nisi per juramentum corporale, adjectis verbis: So wahr mir Gott helffe und sein heiliges Wort. (Non enim sufficit in Instrumento posuisse hæc verba: (an Endes statt/ und bey dem Wort der ewigen Wahrheit.) *Add. Constit. Elect. 16. p. 2.*

B

DE-

## DECIS. XXVI.

*De Donationum insinuatione.*

**D**onatio inter vivos, etiamsi juramento confirmata sit, ultra 500. solidos s. Ducatos non valet, si extrajudicialiter facta, & ita non insinuata h. e. coram Judice in tabulas publicas redacta sit.

*Add. Const. 12. & seqq. p. 2.*

## DECIS. XXVII.

*An præceptum de non solvendo Creditori sistat usuras.*

**S**i petatum sit præceptum de non solvendo Creditori, tunc Debitori illud à Judice notificatur, & ipsi injungitur, ut id ulterius suo Creditori indicet, ac intra spatium trium septimanarum responfionem Judici referat. Quod si omittatur injuncta relatio, aut fiat quidem sed cognitâ causâ non attendatur, & ita præceptum de non solvendo detur, tunc debitor ab usuris se hoc modo liberabit: ut aut judicialiter pecuniam deponat, aut eam factim offerat ut à Judice obfigne-

signetur & obsignata offerenti resti-  
tuatur; aliàs cursus usurarum non  
sistitur, nisi debitor probare, vel etiam  
juratò asserere posset, quod oblatâ  
( sed non judicialiter obsignatâ ) pe-  
cuniâ postea non usus sit.

DECIS. XXIIIX.

*De Cessionibus Actionum.*

Cessio actionis pro minori pretio  
( modo 1. hujus pretii quantitas  
clare & sine fucò exprimatur, & ad  
minimum dimidiam partem actionis  
cessæ contineat. 2. Cessio hæc *judi-  
cialiter* fiat ) validè fieri, nec vel per  
Superiorem vel inferiorem Judicem  
rescindi & labefactari potest: nisi Ce-  
dens ob non secutum implementum  
agere velit, propter quod omninò au-  
diendus est. Si verò falsa & dolosa  
pronunciatio quanti appareat, tunc  
Fisco vel Magistratui cujuslibet loci,  
præcedente causæ cognitione & Sen-  
tentiâ, debitum totum adjudicatur,  
ita ut illud exigat, debitori ad solven-  
dum tolerabiles terminos constituat.

& usuras usque ad tempus Caducitatis s. commissi debitas remittat. *Extrajudicialis* tamen cessio ( modò non contineat læsionem ultra dimidium ) in divisione hereditatis coheredi, Legatario & fideicommissario; it. in solutione Creditori, obligationē quandam in solutum acceptanti, fieri potest.

*Add. Electorale Edictum vom 1. Febr. 1614.*

### DECIS. XXIX

*De usuris ultra alterum tantum.*

**U**Suræ alterum tantum excedentes ( die das Capital übersteigen ) adhuc currunt indistinctè si particulariter hætenus sint solutæ. Sin verò plañè nullæ sint solutæ, tunc, quando exæquant alterum tantum s. usque ad alterum tantum excreverunt, interpellandus est debitor à Creditore: si ille tunc non solvit; currunt: aliàs verò non; perinde ut eo casu, quò debitor moram Creditoris in solutione acceptanda probare potest.

NB.

NB. Hæc intelligenda sunt de usu-  
ris in Recessibus Imperii ad 5. pro-  
cento moderatis, quæ tanquam  
Interesse petuntur; nam majores  
usura solutæ aliud suadent.

*Add. Landes-Ordn. und Zerg. Aus-  
schreiben Tit. vom Buecher und wu-  
cherl. Contracten.*

DECIS. XXX.

*De usuris tempore Induciarum  
moratoriæ.*

INtra quinquennale tempus & Indu-  
cias moratorias, Debitoribus con-  
cessas, nihilominus usuræ currunt: ita  
tamen ut simul etiam cum sorte prin-  
cipali à Debitoribus intra illud tempus  
exigi non possint. Non verò currunt  
usura, si debitor probet, quod bonis  
suis intra illud tempus uti planè non  
potuerit.

*Add. R. A. de Anno 1577. It. Erörte-  
rung der in Anno 1653. und 1657. ein-  
geb. Landesgrav.*

DECIS. XXXI.

B 3

De

NB.

*De Consensu Judiciali in Hypo-  
thecis.*

**C**onsensus judicialis super hypo-  
theca in bonis censiticis, emphy-  
teuticis, nec non feudalibus conces-  
sus, si ad certum tempus restrictus sit,  
& intra illud non impetrata fuerit  
prorogatio, annullatur, præprimis si  
clausulam Cassatoriam contineat;  
nisi ad revocationem directus sit (auff  
die Wiederlösung gerichtet) tunc re-  
strictio temporis non obest, sed usq;  
ad revocationem valet: perinde ut eô  
casu, quando quis ante elapsum tem-  
pus actionem instituit, tunc enim, et-  
iamsi durante processu consensus ex-  
tingvatur, nihilominus in concursu  
Creditorum & aliàs attenditur.

*Add. Constit. Elect. 23. p. 2.*

**DECIS XXXII.**

*De Contributione pecuniaria  
s. Donativis.*

**R**estum s. Residuum contributio-  
nis pecuniariæ s. Donativæ (Do-  
nativ-und Präsent Geldes) heredes al-  
lodiales,

alodiales, five ante s. post mortem Vafallifuerit debita, indiftinctè folvere tenentur : nifi loco fervitiorum promiffa fit; tunc enim diftingvitur : aut vivo Vafallo defuit hoc beneficium ( fcil. ut loco Servitiorum pecunia faltem contribuatur ) & hoc casu heredes allodiales reftum tenentur folvere. Aut hujus beneficii aliqua eaq; minima faltem particula devenit ad Succelfores feudi ; & tunc juxta proportionem temporis, tam Succelfores feudi quàm heredes allodiales tenentur.

*Add. Constit. Elect. 46. p. 2.*

### DECIS. XXXIII.

#### *De Servitiis & operis rusticis.*

**O**peræ Rusticorum & Servitia, quæ ad ædificationem à Subditis exigunt Domini, si hætenus præftita, ulterius sunt præftanda, five ædificia domicilio, arci, vel habitationi sint, contigua s. non ( ohne Unterscheid ob sie mit dem Rittersitze unter einem Dach begriffen oder nicht. ) Sed si altius tol-

B 4

lenda

lenda aut noviter extruenda sunt ædificia eò in loco, ubi antea nulla fuerunt, nec pactum aliquod, hanc rem discernens, adsit, tunc Senatus aulicus cognoscere & decernere debet.

Quod verò attinet die Vorwergs Gebäude und Hoffreüchen/ si in fundo feudali non sint extructa nec ad eum pertineant, ratione eorum Subditi ab omnibus operis planè sunt liberi: nisi consuetudo aut pacta adsint contraria.

Et ne in reficiendis ædibus, igne, bellò, aut aliò modò devastatis, Subditi nimiùm graventur, statim & immediatè Senatus aulicus in tali causa judicabit.

*Add. Landes-Ordn. Tit. vom Bau-  
fuhren pag. 50. it. pag. 325. in pr.*

*Constit. Elect. 4. 51. & 52. p. 2.*

#### DECIS. XXXIV.

*De Creditore non indicante Creditum dum pupilli Tutor constituitur.*

**C**reditor qui pupillo tutor constituendus est, cum excusatione creditum



ditum suum, etiam notorium, Magistratui indicare, atq; secundum *Auth. minoris* & *Nov. 72. c. 4.* petere debet, ut sibi Curator adjungatur, qui de Credito nomine pupilli respondeat: aliàs si hoc non fecerit, creditô suô cadit.

NB. (1.) Hæc Decisio non loquitur de Testamentario tutore, nec de matre aut Avia tutricibus, sed de aliis, scil. dativis.

(2.) Ante editam hanc Decis. nihil nocuit tutori debitum Magistratui notum non indicasse: post eam secus erit.

### DECIS. XXXV.

*Creditor pupillaris, non attentâ excusatione jam tutor factus, an amittat Jus Crediti.*

**C**reditor pupilli, si non attentâ excusatione, ob debitum prætensâ, tutorem se constitui passus sit, & tutelam, sine adjuncto Curatore, solus in se receperit; non cadit jure & Creditô suô, postquam illud indicavit Magistratui.

B 5

DE

## DECIS. XXXVI.

*Ubinam Tutor rationes reddat.*

**T**utor non in foro domicilii, sed in loco & foro ubi administravit tutelam, rationem reddere tenetur, & ibi etiam à tutela absolvitur.

## DECIS. XXXVII.

*In dubio res potius pro allodiali, quàm feudali est habenda.*

**R**es præsumitur potius allodialis quàm feudalis: hinc litigiò ortò inter filias & Agnatos de rei qualitate, nisi agnati in continenti probent qualitatem feudalem, filiabus adjudicatur, possessio, usque dum in ordinario possessorio ab Agnatis aliud probatum fuerit.

## DECIS. XXXIIX.

*De Hypotheca sine Superioris consensu, à Domino Jurisdictionali in Allodio suo constituenda.*

**D**ominus Jurisdictionalis (ein Gerichts Herr) potest in iudicio suo, quod exercet, in bonis suis allodialibus, propriâ autoritate, validè hypothecam,

thecam, sine Superioris consensu, con-  
stituire; quia iudicio tali, secundum  
Ordin. proc. tit. 2. idoneis & integræ  
fidei hominibus constituto, omninò  
fides habenda est, imprimis quando  
idoneus, eruditus, & juratus Actuarius  
in eo reperitur. Notandum tamen  
quòd in hoc Actuario non requiratur  
ut sit insuper etiam Not. pub. Cæsa-  
reus: requiritur verò in causis Cri-  
minalibus: aut si talis non est, adju-  
gitur ipsi alius ejusmodi Notarius.

*Add. Constit. Elect. 23 p. 2. It. Pro-  
cess. Ordn. Tit. 2.*

### DÉCIS. XXXIX.

*An absente Actuario exercitium ju-  
risdictionis competat Domino  
jurisdictionali.*

**A**ctus voluntariæ jurisdictionis  
(v. g. Kauffe / Verschreibungen /  
Ertheilungen / Vormundschafts-Be-  
stetigungen / gültliche Vergleiche) pos-  
sunt à Domino jurisdictionali, si ju-  
dicium per idoneas personas consti-  
tuerit, & actus ipsum in specie non

concernant, etiam absente Actuariò juratò, expediri, modò propriâ manu ad Acta consignentur. Actus autem contentiosæ jurisdictionis (so in contradictorio beruhen / v.g. Sachen so in Proceß gedenen) it. Auffrichtung gesrichel. Donationen und letzter Willen / non nisi per juratum Actuarium expediri possunt.

## DECIS. XL.

*Cessio Hypothecæ extra judicium  
validè fit.*

**C**essiones Hypothecarum, in bonis tam mobilibus quam immobilibus constitutarum, extrajudicialiter factæ, perinde ut judiciales pro validis habentur, in bonis scil. allodialibus.

*Add. Constit. 23. p. 2. It. Proceß-Ordn Tit. 46. It. Ausschreiben de Cessionibus de Anno 1614.*

## DECIS. XLI.

*De Curatore ad litem pupillis  
dando.*

**P**upillis, quando necessariò sunt defen-

fendendi, potest Curator ad litem  
dari, scil. eo casu, quando ipsis de  
Tutore vel à defunctis parentibus,  
vel ab ipso Magistratu (quod, ut ex  
officio impofterum fiat, sub pœnâ in-  
jungitur) nondum est prospectum.

DECIS. XLII.

*De eo qui recommendat debitorem  
tanquam ad solvendum ha-  
bilem.*

**R**Ecommendans personam ita: Er  
hat zu zahlen; Es ist ihm wohl zu  
trauen: Es ist ein guter Mann/bey dem  
keine Gefahr: It. Er wolle verschaffen  
daß er solte bezalt werden: It. Er soll ohne  
Gefahr seyn &c. Si hoc sciens & do-  
losè, de persona ad solvendum pro-  
pter inopiam inhabili, dixerit, tenetur  
actione mandati vel in factum: Se-  
cus est, si ejusmodi verbis, quæ ipsum  
ligant, non sit usus, sed saltim simpli-  
citer intercesserit, aut studium suum  
exsolutioni faciendæ promiserit.

DECIS. LXIII.

*De Falcidia.*

B 7

Falci-

**F**alcidia non nisi expressis verbis  
 ( v. g. mein Erbe soll die Falcidiam  
 nicht abziehen &c. ) prohiberi potest:  
 nec attenduntur conjecturæ ex ver-  
 bis: v. g. Sie solten seiner Verord-  
 unng im wenigsten keine Eintrag thnn/  
 oder darwieder handeln/ oder alle Lege-  
 ta abstatten / oder sein Testament solte  
 als ein Codicill, Übergabe aufm Todes-  
 fall gelten.

*Add. Constit. Elect. 1 p. 3.*

DECIS. XLIV.

*De repetitione Testamenti Actis pu-  
 blicis insinuati.*

**T**estator repetens testamentum  
 ad Acta traditum, si explicet men-  
 tem, se idcò illud repetere, ut id mu-  
 tare possit, aut si aliàs de voluntate,  
 mutandi s. revocandi constet, videtur  
 revera mutasse voluntatem. Secus est,  
 si quidem testamentum repetierit, in-  
 terim tamen sigillum judiciale adhuc  
 illæsum sit, aut aliàs probari non pos-  
 sit mutatio, tunc adhuc valet, ideoq;  
 post mortem ejus heredes illud ite-  
 rum

rum Judici ad recognitionem & publicationem offerre debent.

DECIS. XLV.

*De solenni & judiciali Testamentorum insinuatione.*

**S**I quis coram Quæstore vel alio Judice testamentum, ut habeat fidem publicam, condere aut Actis insinuare cupit, tunc necessariò requiritur jurati Actuarii ( non verò præcisè Scabinorum ) præsentia, nisi præsentissimùm adsit mortis periculum, & intra illud tempus Actuarius ad locum judicii vocari non possit. Sic etiam in absentia Scabinorum soli Actuario jurato, à Nobili constituto, potest offerri testamentum: modò hoc, ut & priori casu adfuisse mortis periculum Actuarius vel Judex testetur.

DECIS. XLVI.

*De heredis institutione in testamento tempore pestis condito.*

**T**estamentum tempore pestis conditum non valet, nisi heredis institutionem contineat. Quoad Legat-

gata tamen & pias causas firmum est.

*Add. Constit. Elect. 4. p. 3.*

DECIS. XLVII.

*De Legitima ex bonis Nepotum Avorum  
Avieve debita.*

**U**Ti mater, ita Avus maternus, & Avia materna ac paterna, per dispositionem filii testamentariam & Substitutionem non excluduntur à Legitima (des dritten Theils der Güther) quæ ipsis debetur ex bonis Nepotum.

NB. Hæc Decisio non exerit vires in præteritum, sed saltim in futurum, & ampliat. *Constit. Elect. 8. p. 3.*

DECIS. LXIIX.

*De Salario semestri gratuito.*

**S**alarium semestre gratuitum (das halbe Gnaden-Jahr) inter Pastoris Viduam & relictos liberos in capita distribuui debet.

DECIS. XLIX.

*De Liberis legitimis & illegitimis  
eorumque successione.*

**L**iberi, qui post Sponsalia publica ante



ante benedictionem Sacerdotalem, sunt progeniti, pro legitimis sunt habendi, adeoque succedunt in parentum bona sine ullo impedimento: parentes tamen puniuntur. Qui verò post clandestina Sponsalia, ante benedictionem sacerdotalem aut proclamationem publicam, nascuntur, non sunt legitimi adeoque nec ad successionem admittuntur.

## DECIS. L.

*De Sumptibus Studiorum.*

**S**umptus in studia aut honoris gradum impensi à liberis, non sunt conferendi, etiamsi reperiantur à parentibus consignati: nisi probetur, quòd parentes hoc expressè voluerint, aut fuerint adeò immodici, ut reliqui liberi defraudarentur legitimâ.

## DECIS. LI.

*De Xenis s. donis nuptialibus.*

**X**enia s. dona nuptialia si post mortem mariti aut còcursu Creditorum oriente adhuc vel in totum, vel

m est.

n Avo

us, &amp;

er di-

&amp; Sub-

Legi-

tcher)

otum.

vires

futu-

S. P. 3.

to.

n ( das

astoris

apita

timis

blica

ante

vel pro parte salva reperiuntur ; tunc viduæ ejus, quando bona illata repetit, eorum dimidia pars debetur. Sin verò consumpta sint & non extent, tunc vidua nihil accipit, nisi per pacta, Statuta, & Consuetudines aliud dispositum sit. Sic etiam ad pacta refertur ut possint repeti talia dona, si Socer dotem certam constituens annumeraverit ejusmodi dona, dotique illa imputaverit. Item datur repetitio si Inventarium aut saltim Specificatio super donis nuptialibus à marito, Socero, Curatore, aut proximo aliquo Cognato confecta subscripserit, & taxa donorum appensa sit. It. repetit uxor pretium utensilium (Geradestücken) quæ ex donis nuptialibus novellæ uxori à viro ad utendum data, sed postmodum revocata & alienata sunt.

*Add. Constit. Elect. 22. p. 3.*

DECIS. LII.

*An fidejussio pro parente, denegata à filio, sit causa exheredandi.*

*sufficiens.* Filius

**F**ilius pro parente fidejubere no-  
lens, non potest exheredari ( quia  
hoc non refertur in *Nov. 115. c. 3.* inter  
justas exhæredationis causas, nec jur.  
Saxon. aliud circa dict. Nov. est dispo-  
situm.) Sed pro incarcerato parente  
fidejussionem detrectans, potest ex-  
heredari, quod etiam vult. d. Nov.  
*cap. 3. §. 8.*

## DECIS. LIII.

*Mola pneumatica an feudi Succes-  
soribus; An verò heredibus allodi-  
alibus sint adscribende.*

**M**ola pneumatica in fundo feuda-  
li extracta pertinet in dubio ad  
Successores feudi. In fundo autem  
allodiali posita, pertinet ad heredes  
allodiales.

*Add. Constit. Elect. 31. p. 3.*

## DECIS. LIV.

*Successio quò jure fiat.*

**S**uccessio in immobilia ( Grund-  
stück ) secundum rei sitæ Statuta  
& consuetudines regulanda est, et-  
iamsi defunctus alibi degerit.

DI.

egata  
di.  
Filius

## DECIS. LV.

*De Dote & Dotalitio.*

**S**I per pacta dotalia de certa dote marito promissâ, sed nondum solutâ constet, ac propterea etiam dotalitium adhuc non sit constitutum uxori, potest illa post mortem mariti dotem una cum interesse solvere, Successoribus feudi, & petere ut dotalitium sibi constituatur. Si verò ejusmodi pacta vivo adhuc marito non sint celebrata, nec dos promissa; tunc, etiamsi vidua velit dotem offerre, non tamen feudi Successores tenentur ad constitutionem dotalitii.

## DECIS. LVI.

*De Inventario aut jurata Specificatione à fratribus aut Sororibus edenda.*

**F**Ratres & Sorores, hæreditati se immiscentes eamque administrantes, non secus ac alii, Inventarium aut juratam Specificationem sibi invicem edere tenentur.

DE-

*De aditione & repudiatione hereditatis. It. de Spatio deliberandi annuo.*

Qui immiscuerunt se hereditati aut eandem adierunt spatium deliberandi annum habent (52. scil. hebdom.) intra quod hereditatem repudiare possunt ; Sed repudiare volentes, deficiente Legitimò Inventario Specificationem intra jam dictum tempus Judici offerre, & exigentibus ita Creditoribus eandem juratò confirmare tenentur. Post annum, si nihil horum fecerint, non valet repudiatio, sed tenentur manere in bonis, & secundum vires hereditatis Creditoribus satisfacere : Sin verò dolus subsit, etiam ultra vires hereditatis tenentur.

NB. De filiis, qui in fraudem Creditorum bona paterna feudalia, & re alienò gravata simultaneè investitis cedunt, *vid. Erledigung der in Anno 1653. und 1657. eingegeb. Landesgray.*

DE-

## DECIS. LVIII.

*De praelatione Hypothecarii.*

**H**ypothecam habens in alicujus domo vel bonis, etiam sine speciali impetratione Arresti præfertur aliis Creditoribus, in pretio, ex illa domo vel bonis redacto: quantumvis isti Creditores speciale Arrestum in pretio illo impetraverint.

## DECIS. LIX.

*Curator mulieris ubinam constituitur.*

**C**urator mulieris generalis & ratione omnium bonorum à Magistratu, ubi mulier vel domicilium vel bona sita habet; Specialis verò, scil. ad hanc vel illam causam, vel à Magistratu rei sitæ, vel domicilii, vel etiam in loco Contractûs, aut ubi causa est ventilanda, constituitur.

## DECIS. LX.

*De Hypotheca extrajudiciali ejusq; effectu.*

**H**ypotheca coram Notario & testibus, aut tantùm coram duobus vel

vel tribus testibus, aut per pactum sigillis illorum, quorum operâ interveniente factum est, signatum & subscriptum, contracta, hunc habet effectum, ut in bonis immobilibus hypothecarium locet post privilegiatos, & ita ante Chirographarios: In mobilibus verò aliis, conventionalem hypothecam habentibus, juxta ordinem temporis, talismodi hypothecarius adjungatur.

*Add. Constit. 23. p. 2. §. wann auch 2c.*

*It. Berichts Ordn. Tit. 46. §. do auch ein Gläubiger.*

### DECIS. LXI.

*De Resignatione judiciali & Adjudicatione. It. de Exceptione non numeratæ pecuniæ.*

Judicialis resignatio & adjudicatio (Berichtl. Aufflassung und Zuschreibung) in immobilibus adeò est necessaria, ut sine ea dominium non transferatur: nisi Consuetudo, ex bono principio orta, aliud alibi jubeat.

NB. Renunciatio Exceptionis non nume-

cujus  
speci-  
tur,  
illa  
atum-  
estum  
titua-  
ratio-  
gistra-  
el bo-  
cil. ad  
Magi-  
etiam  
usa est  
ejus q̄  
& te-  
uobus  
vel

numeratae pecuniae ( Verzicht über die nicht bezahlten Kauffgelder ) hinc non refertur, sed qf. judicialis Quittantia, usque totum rei venditæ pretium fuerit exsolutum, differ-  
tur.

## DECIS. LXII.

*Ususfructus an matri & Avia Tutricibus competat.*

**M**atri & Avia, licet tutelam liberorum gerant illisque alimenta præbeant, ususfructus in bonis liberorum non debetur, quantumvis patri, propter patriam potestatem, competat. *Add. Landr. lib. 1. art. 11.*

## DECIS. LXIII.

*De Hypotheca expressa venditoris, & prælatione respectu tributorum.*

**V**enditor ante contractum in re constitutam habens expressam hypothecam, aut talem ante traditionem in ipso contractu emt. venditionis ob residuum pretii sibi reservans, præfertur oneribus realibus ( v. gr. Schoss / Steuer und Contribution )  
quæ



quæ emptor s. novus possessor non exsolvit. Onera verò quæ venditor eo tempore, quò ipse possedit, non exsolvit, præferuntur ejusmodi expressæ hypothecæ.

NB. Talis hypotheca in re vendita, adeò efficax est, ut præferatur omnibus aliis Creditoribus, tempore prioribus, etiamsi futura bona & facultates ipsis hypothecata fuerint.

*Vid. GerichtsOrdn. Tit. 42.*

DECIS. LXIV.

*De Delegatione.*

Creditor nõ potest cogi ut à pupillo (multo minus ab alio non pupillo) debitore obligationem Superioris v. g. Electoris aut Statûs Imperii, locò solutionis accipiat, etiamsi tutor sumptus ad exactionem subministrare velit; nam à talismodi Potentiore difficulter debitum exigitur. Hinc Ordin. Process. Tit. 39. §. endlichen saltim de privatis debitis intelligenda erit.

DECIS. LXV.

*De oneribus prædiorum & immunitate.*

C

Erbo

liber  
huc  
Qui-  
enditæ  
differ-

ia Tu-

libe-

menta

libe-

is pa-

com-

toris,

rum.

in re

ressam

ditio-

ditio-

rans,

(v. gr.

ion.)

quæ

**R**ebzinsen / Landsteuren & similia onera venditor non potest de prædio vendendo detrahere & alii prædio imponere, ut ita liberum vendat ejusmodi prædium: Sed talis actus habetur pro nullo, & emptor nihilominus ea solvere tenetur. Ipse etiam Sereniss. Elector, uti promisit, imposterum ab his oneribus aut Servitiis militaribus neminem liberabit, nec immunitatem ulli concedet.

## DECIS. LXVI.

*De Novatione & Delegatione.*

**N**ovatio & Delegatio non fit nisi exprimitur daß vorige obligation, hypothec oder Bürgschafft. Verschreibung mit ausdrücklichen Worten cassiret und aufgehoben worden. Sed mercatorum consuetudini per hoc non derogatur.

## DECIS. LXVII.

*De Consensu in hypothecam & obligatione Agnati.*

**A**gnatus successurus in feudo, etiam si simpliciter saltim consenserit

rit in  
se ex  
Daf  
nich  
und  
befri  
Con  
Etib  
Crec  
etiar  
tunc  
nem  
pote

N  
a  
p  
t

Qu

E

bo  
bu  
sen

rit in hypothecam, nec ad solutionem  
 se expressè obligaverit (v.g. per verba:  
 Daß er den Glaubiger an der Zahlung  
 nicht hindern / noch sich des Lehens / ehe  
 und zuvor er an Capital und Interesse  
 befriediget / anmassen wolle) nec Domini  
 Consensus intervenerit: tamen de fru-  
 ctibus feudi, quando in eo succedit,  
 Creditori satisfacere tenetur. Si verò  
 etiam accesserit Domini Consensus,  
 tunc Creditor ipsius feudi alienatio-  
 nem urgere, nec ab Agnato impediri  
 potest.

NB. Hæc Decisio etiam se extendit  
 ad præterita tempora, nisi jam per  
 pacta aut Sententias aliud conven-  
 tum aut dijudicatum.

DECIS. LXIIX.

*Quomodo filius in feudo succedens  
 teneatur implere consensum pater-  
 num super debito feudali*

**E**Tiamsi vi simultaneæ investituræ fi-  
 lius succedat in feudo & renunci-  
 et bonis paternis allodialibus & feudali-  
 bus: tamen tenetur ratum habere con-  
 sensum paternum super debito ex feu-  
 do

do solvendo. Sed res iudicata ante  
hanc Decisionem firma manebit.

*Add. Constit. 47. p. 2.*

DECIS. LXIX.

*De Leutationis prosecutione &  
Desertione.*

**L**euterans, etiamsi Leuteratus non  
compareat in termino prosecutio-  
nis, nihilominus tenetur in primo hoc  
termino Leutationem in formalibus  
& materialibus proponere ( nisi per  
legitimas excusationes dilationem im-  
petret) nec sufficit accusasse contuma-  
ciam Leuterati, nam hoc post proposi-  
tam Leutationem fieri debet. Si con-  
tra fit, accusabit Leuteratus in secundo  
termino contumaciam Leuterantis, &  
hic condemnatur in expensas retarda-  
ti processus, rejicitur Leuteratio, nec  
datur Leuteranti ullum remedium su-  
spensivum.

NB. (1.) Hanc Decisionem etiam  
applicari posse ad Appellationes &  
OberLeutationes.

(2.) Huic Decisioni nullam obstare  
debere observantiam contrariam.

*Add.*

*Add. Proceß- und GerichtsOrdn. Tit. X. §. do aber.*

DECIS. LXX.

*De juramento malitiæ.*

Juramentum malitiæ (End vor Gefahrde) quando suspicio fraudis aut dilationis subest, vel ante vel post Litis Contest. à Litigantibus principalibus aut Advocatis causæ præstari debet: Et quidē ita, ut vel ad petita partis adversæ, vel ex officio Judicis quis ad illud cōpelli possit. Non tamen octiduum est terminus in quo hoc juramentum præstandum esset (nam præscriptio ista octiduana in Ordin. Proceß. Tit. XIIX. §. wann nun also &c. saltem intelligenda est de juramento purgatorio & supplementorio, non autem ad alia juramenta legalia, qualia imprimis sunt juramenta malitiæ, extendi potest) sed terminus arbitrio Judicis committitur.

*Add. Proceß- und GerichtsOrdn. Tit. XXXIII. & XXXV. §. dieweil aber &c.*

DECIS. LXXI.

*De Licitatione Creditoris.*

C 3

Cre-

*Add.*

**C**reditor plus licitans quàm alius eâ  
 intentione ut Creditum suum (ra-  
 tione cuius aliàs postponi, vel etiam à  
 prioribus Creditoribus omnia antici-  
 pantibus planè excludi posset) simul  
 etiam de pretio detrahat, non auditur,  
 nec præfertur alteri, minus quidem,  
 sed tamen purè licitanti.

## DECIS. LXXII.

*Certa pecunia summa, loco Comme-  
 stibulum ex feudo constituta, quem  
 locum in concursu habeat.*

**S**i maritus, consensu Domini & Ag-  
 natorū, per pactum dotale mulieri,  
 loco commestibulum & Morgengabæ,  
 (Müßtheil und Morgengabe) certam  
 pecuniæ summam ex feudo, antequam  
 obæratu fiat, promittit, tunc mulier  
 inter Creditores, hypothecam in feudo  
 habentes, pro ratione constituti juris &  
 temporis refertur & cum illis admitti-  
 tur.

*Add. Berichts Ordn. Tit. XLIII.*

## DECIS. LXXIII.

*Testamentum ab Actuario & unico  
 Scabino confectum, an sit firmum.*

Actua.

**A**ctuarius Judicii in domo ægrotantis testamentum condens, vel conditum suscipiens, ad minimum duos Scabinos adhibere debet; nisi ipsi à Domino Jurisdictionali plena judicii administratio sit permessa, quò casu unus saltim sufficit; nam tunc Judicis personam & auctoritatem sustinet.

*Add. Constit. Elect. 3. p. 3.*

DECIS. LXXIV.

*De Recognitione Instrumenti judicialis.*

**J**udicialia quoque Instrumenta recognosci debent: Jurata tamen diffesio contra ea non admittitur, sed si pars recognoscere nolit, in contumaciam pro recognitis habentur. *Add. Process- und Gerichts Ordn. Tit. XXV.*

DECIS. LXXV.

*De Blasphemia pœna.*

**B**lasphemia non amplius lingvæ abscissione, sed vel gladiò vel fustigatione vel relegatione pro ratione circumstantiarum ex observantia Collegiorum Juridicorum hætenus est punita,

nita, quam Observantiam Elector hac  
Decisione approbat, &, ne pœna hæc  
sine singulari Circumstantia in pecu-  
niariam mutetur, prohibet.

*Add. Constit. Elect. 1 p. 4. It. R. N. de  
Anno 1512. Tit. von den Gotteslästerern  
S. 1. & seqq. It. Reformation guter  
Politey de An. 1548. Tit. von den Gote  
teslästerern. I.*

### DECIS. LXXVI.

#### *De Salvo Conducto.*

**S**alvus Conductus generalis vi Cita-  
tionis datur, sed specialis ad legiti-  
mam petitionem fugitivo, pro deducti-  
one innocentiae, præstitâ sufficienti  
cautione, conceditur, quam si constitu-  
ere nequit, generali Salvo Conductu  
contentus esse debet.

### DECIS. LXXVII.

#### *De Bannitis.*

**B**annitus non à quolibet occidi pot-  
est, sed saltim ita judicatus est, ut à  
quolibet capi, detineri, ac Magistratui  
tradi possit. Unde inter hunc Bannum  
(die Acht) & Bannum Imperii (Reichs-  
Bann) magna subest differentia. DE-



## DECIS. LXXIIX.

*De Infantium expositione ejusque  
pœna.*

**S**I mater Infantem in *locum dissitum*,  
exposuit, eâ intentione ut moriatur,  
tunc perinde habetur ac si ipsa infan-  
tem interfecisset. Unde si reperiatur,  
mortuus; pœnâ ordinariâ, Infantici-  
dis statutâ, plectitur: Et qui jussu ejus  
sciens infantem exposuit, ille pro cir-  
cumstantiarum qualitate aut pœnâ  
pecuniariâ, aut corporaliter & quan-  
doque ultimô suppliciô puniri debet.  
Sin verò reperiatur vivus; pœna fu-  
stigationis & relegationis matri infli-  
gitur. At si in *loco publico* & pervio  
exponatur, & incolumis reperiatur,  
tunc & mater & Exponens relegatione  
aut carcere puniuntur.

## DECIS. LXXIX.

*De Incendii damno resarciendo.*

**A**D resarcitionem damni ex incen-  
dio in ædibus suis, per Domesticos  
aut Servos servasve orto, paterfamilias  
nemini tenetur, sed tantum illa perso-  
na,

na, cuius culpā & incuriā hoc factum est, quæ deficiente ære, arbitrariè puniri potest. Tenetur tamen Paterfam. si vel culpa ipsius propria appareat, vel propter incuriam aut negligentiam ministrorum ipse præmonitus sit, nec eos dimiserit.

## DECIS. LXXX.

*De Incendii culpa & incuria probanda.*

**A**ctor qui refarcitionem damni, ex incendio perpeffi, à Reo exigit, negligentiam & culpam ejus probare debet.

## DECIS. LXXXI.

*De juramento purgatorio contra conjugia in stupris promissa.*

**I**mprægnationem confessus, etiamsi imprægnata dicat sibi à Stupratore conjugium esse promissum; non tamen juramentum purgationis præstare tenetur, nisi aliæ concurrant præsumptiones.

## DECIS. LXXXII.

*De poena adulterii & intercessione vel remissione Conjugum.*

**M**aritus cum tali uxore, quæ jam ante

ante adulterium commisit, concumbens, punitur poenâ adulterii ordinariâ, nisi intercessio vel saltim tacita remissio Conjugis interveniat.

DECIS. LXXXIII.

*De poena adulterii cum meretrice vel vidua commissi.*

**M**aritus cum Soluta, meretriciô morte vivente, aut cum vidua rem habens, poenâ ordinariâ plectitur, nisi uxor intercedat, eumque iterum in thorum recipiat. *Add. Const. Elect. 19. p. 4.*

DECIS. LXXXIV.

*De prescriptione Adulterii.*

**P**ræscriptio quinquennalis adhuc in simplici, non verò in duplicato adulterio locum habet. *Add. Constit. Elect. 19 p. 4. que hîc explic.*

DECIS. LXXXV.

*De Retorsione Injuriarum.*

**R**etorsio injuriarum in continenti, & eò ipsò, quò læsus injuriam expertus est (auff unverwandten Fuß / uñ so bald der injuriirte die Schmach erfähret) hisce præter propter formalibus

facta: Daß dasjenige / was einem schuld  
 gegeben worden / vermeinet / und daß ihme  
 der Injuriant unrecht und zuviel gethan /  
 oder als kein redlicher Mann die War-  
 heit gesparet / und hingegen die Unwar-  
 heit gebraucht hätte : oder er hielte ihn so  
 lange selbst vor einen solchen Menschen /  
 worfür er ihn ausgegeben / biß er es ihme  
 bewiese &c. admittitur. Sed retorsio re-  
 torsionis, si retorquens manet in jam  
 dictis terminis, non habet locum nec  
 fieri debet.

*Add. Constit. 42. 43. 44. p. 4. It. Neue  
 Pollicen-Ordn. Tit. von Injurien V.*

DECIS. LXXXVI.

*Furtivarum rerum pretium an ab here-  
 aibus sit restituendum.*

**R**erum furtivarum consumptarum  
 pretium non tenentur heredes fu-  
 ris restituere his casibus: si fur suspen-  
 sus: si relegatus: si loco suspendii car-  
 cere perpetuò mulctetur & in carcere  
 moriatur. Tenentur verò: si moriatur  
 aliàs in carcere, ubi factim ad pœnam  
 infligendam detinebatur.

*Add. Constit. Elect. 12. p. 4.*

DE-

## DECIS. LXXXVII.

*De rebus furtivis emptis.*

**S**I quis sciens res furtivas sibi comparaverit, sine restitutione pretii eas reddere, vel si alienatae fuerint & non amplius extant, æstimationem earum solvere tenetur, ac insuper arbitrariè punitur. Secus est si bonâ fide comparaverit & consumserit vel alienaverit, eas, nam tunc ultra lucrum s. id, quod factus est locupletior, non tenetur.

## DECIS. LXXXIIX.

*De Falso.*

**Q**uæstio falsi si incidat in Actiones civiles, tunc differtur causa principalis, & prius inquiritur in Crimen falsi, modò adsint sufficientia indicia, quæ traduntur in Ordinat. polit. & alibi. Si verò actio diversa & separata, membra & puncta in se contineat, tunc in illis, in quibus falsum non est commissum, procedi potest.

## DECIS. LXXXIIX.

*De foro competenti in Actione Injuriarum.*

C 7

Actio

**A**ctio injuriarum institui non potest in foro delicti, si injurians ibi non reperiatur, sed alibi domicilium constitutum habeat: nisi aliquem contemplatione & intuitu officii sui injuriis affecerit.

## DECIS. XC.

*De rebus per hostes ablatiis atque venditis, earumque restitutione.*

**E**mptores rerum ab hostibus ablatarum etiam non recusando pretio eas vero Domino restituere tenentur, nisi statim ab initio emptionem Magistratui denunciaverint, quod scilicet eorum animo res emerint, ut vero Domino, si superveniat, eas restituere possint: quod casu pretium, pro re empta solutum ac legitime probatum, ipsis restituendum est.

## DECIS. XCI.

*Qui post promissionem gratiae confessus est delictum, an is ordinariam poenam sit plectendus.*

**I**n delictis, sanguinis poenam (Leib- und Lebensstraffe) merentibus, confessio non est elicienda per promissionem gratiae aut lenitudinis. Si secus fit, arbitrio.

arbitrariè puniuntur ejusmodi Judi-  
ces. Concessum verò est & conducit,  
per adhortationes, circumstantiarum  
allegationes & demonstrationes Re-  
um convincere. Cæterum confessio  
talis, facta sub promissione gratiæ, si  
non spontè fuerit à confitente repeti-  
ta, in pronunciando non attenditur.  
Sin verò spontè repetita; tunc pœna  
ordinaria, neglectâ promissione gra-  
tiæ, locum habet. In aliis delictis, *san-*  
*guinis pœnam non merentibus*, sed saltim  
v.g. relegationem, incarcerationem &c.  
promissio gratiæ efficit, ut confitenti  
lenior v.g. pecuniaria pœna infligatur:  
Sed ita, ne fraus fiat piis causis, in re-

solutione gravaminum Tit. von

*Justitien Sachen S. 59.*

propositis.

*Laudetur Emanuel*

*Laude Sempiterna!*

INDI-

ib. und  
fessio  
ionem  
s fit,  
arbi-

ssus est

m est.  
legi-  
casu  
uper-  
nimô  
gistra-  
nisi  
eas  
abla-

ditis,

inju-  
con-  
ilium  
s ibi  
pot-

pot-

s ibi

ilium

con-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-

inju-



## INDICULUS

### *Rerum & Verborum.*

*Lit. D. denotat Decisionem.*

A.

**A**ctionum cessio quomodo ritè & validè  
fiat. D. 28.

Actio ordinaria non adhibetur ad restitutio-  
nem elapsi termini Saxonici in probanda  
dote illata. D. 4.

De Actuariis. D. 38. & 39.

Actus quinam voluntariae aut contentiosae  
jurisdictionis. D. 39. (57.

De Aditione & repudiatione hereditatis. D.

De Adjudicatione & resignatione judiciali.  
D. 61.

De Adulterii poena. D. 82. & 83.

De Adulterii praescriptione. D. 84.

De Agnati consensu in hypothecam. D. 67.

De Alienationibus ritè ab uxoribus institu-  
endis. D. 24.

Allodialis potius quam feudalis res praesu-  
mitur. D. 37.

Annus Civilis & Saxonicus quomodo distin-  
guantur. D. 11.

De Appellationis prosecutione. D. 69.

De Arresto. D. 58.

Ausschluss vor Gerichte. D. 61.

De Avi: Aviae Legitima in bonis Nepotum.  
D. 47.

B. De



# INDICULUS

## B.

De Banno & Bannitis. D. 77.

De Blasphemiae poena. D. 75.

## C.

De causis executivis. D. 12.

De Cessionibus Actionum. D. 28.

De Cessionibus hypothecarum extrajudicialibus. D. 40.

De Citatione. D. 14.

De Comestibilibus. D. 72.

De Confessione delicti à Reo elicienda. D. 91.

De Confessionis spontanea repetitione. *ibid.*

De Consensu in hypothecam & obligatione Agnati. D. 67.

De Consensu judiciali in hypothecis. D. 31.

De Contributione pecuniaria s. Donativis. D. 32.

De Creditore licitatione. D. 71.

De Creditore non indicante Creditum dum pupilli Tutor constituitur. D. 34. & 35.

Creditum quando amittatur. *ibid.*

De Culpa incendii probanda. D. 80.

De Curatore ad alienationes adhibendo. D. 24.

De Curatore ad litem pupillis dando. D. 41.

Curator mulieris ubinam constituatur. D. 59.

## D.

De Debitis feudalibus. D. 68.

De Delegatione. D. 64. & 66.

De Deliberandi spatio circa hereditatem. D. 57.

De Delictorum confessione à Reo elicienda. D. 91.

De

RERUM ET VERBORUM.

De Donatione filii minorennis. D. 23.

De Donatione Geradae. D. 22.

De Donationum insinuatione D. 26.

De Donativis s. Contributione pecuniaria.  
D. 32.

De Donis nuptialibus. D. 51.

Dos illata quomodo & quando probetur. D. 40.

De dote & dotalitio. D. 55.

De Dotis prælatione respectu impuberum per  
Statutum privilegiatorum. D. 5. It. resp. Cre-  
ditorum. 6. It. resp. pecuniæ hereditariæ D. 7.

E.

De Emtore rerum furtivarum. D. 87. aut per  
hostes ablatarum. D. 90.

Erbgeld quando præferatur dote. D. 7.

De Exceptione non factæ versionis. D. 16.

De Exceptione non numeratæ pecuniæ. D. 61.

Exceptiones quænam & quando contra sen-  
tentiæ executionem & Instrumenta gva-  
rentigiata admittantur. D. 2.

De Exceptionibus. D. 12. 14.

Executio an per petitionem restitutionis im-  
pediatur. D. 15.

Executio quando per exceptionem non factæ  
versionis impediatur. D. 16.

De Executivis causis. D. 12.

De Exheredatione ejusque causis. D. 52. D. 78.

De Expositione infantium ejusque pœna.

F.

De Falcidia. D. 43.

De Falsi quæstione incidente in actiones Ci-  
viles. D. 88.

De Feudis. D. 67. & 68.

Fide-

INDICULUS

Fidejussio pro parente, denegata à filio, an.  
sit causa exheredandi sufficiens. D. 52.

De Filii minorennis donatione. D. 23.

Filius in feudo succedens quomodo teneatur  
implere consensum paternum super debito  
feudali. D. 68.

Fœminæ quandoque minoribus & universi-  
tatibus comparantur. D. 4.

De foro competenti in Actione injuriarum.  
D. 89.

De furtivarum rerum pretio ab heredibus aut  
emttore restituendo. D. 86. & 87.

G.

De Geradæ donatione. D. 22.

De Gratia promissione ad spontaneam deli-  
cti confessionem eliciendam. D. 91.

H.

Halbe Gnaden Jahr. D. 48.

De heredis institutione in testamento  
tempore pestis condito. D. 46.

De hereditatis aditione & repudiatione. D. 57.

De heredum allodialium oneribus. D. 32.

De Hypotheca expressa venditoris & præla-  
tione respectu tributorum. D. 63. (D. 60.

De hypotheca extrajudiciali ejusque effectu.  
Hypotheca in feudis quomodo impetranda

& qualem effectum habeat. D. 10. (67.

De Hypotheca in quam consensit Agnatus. D.

De Hypotheca in re vendita. D. 63.

De Hypothecarii prælatione. *ibid.* (40.

De Hypothecarum Cessione extrajudiciali. D.

De Hypotheca sine Superioris consensu, à Do-  
mino Jurisdictionali in Alodio suo con-  
stituenda. D. 38. I. Jahr

# INDICULUS

## I.

- Zahr und Tag** quid denotent. D. 11.  
**De Immunitate & oneribus prædiorum** D. 65.  
**De incendii culpa & incuria probanda.** D. 80.  
**De incendii damno resarciendo.** D. 79.  
**De Induciis moratoriis.** D. 30.  
**De Infantium expositione ejusq; pœna.** D. 78.  
**De Injuriarum recorsione.** D. 85.  
**De Insinuatione donationum.** D. 26.  
**De Institutione heredis in testamento tempore pestis condito.** D. 46.  
**De Instrumentis garentigiatis.** D. 2 & 12.  
**De Instrumentorum recognitione.** D. 12. & 74.  
**De Intercessione mulieris, pro viro adultero.** D. 82.  
**De Interrogatoriis.** D. 19.  
**De Inventario aut jurata Specificatione à fratribus aut sororibus edenda.** D. 56.  
**In judicio possessorio quomodo probatio fiat.** D. 1.  
**Judicis officium in possessorio & petitorio judicio.** D. 13. Item in confessione delicti à Reo elicienda. D. 91.  
**De Judicum Testimoniis & Attestatis.** D. 3.  
**De Juramentis.** D. 18. & 25.  
**De juramento in causis injuriarum civiliter institutis.** D. 17.  
**De juramento malitiæ** D. 70.  
**De juramento purgatorio circa conjugia in stupris promissa.** D. 81. (D. 39.  
**De Jurisdictione voluntaria & contentiosa.**  
**Jurisdictionis exercitium an absente Aduario competat Domino Jurisdictionali.** *ib.*  
L. De

RERUM ET VERBORUM.

L.

De Legatis. D. 46.

De Legitima ex bonis Nepotum Avo Aviaeve  
debita. D. 47.

De Lenterationis prosecutione & desertione.  
D. 69.

De Liberis legitimis & illegitimis eorumq;  
successione. D. 49.

De Licitatione Creditoris. D. 71.

De Litis Contestatione. D. 14.

M.

De Malitiæ juramento ejusque termino. D. 70.

De Molis pneumaticis an feudi successoribus;  
an verò heredibus allodialibus in du-  
bio sint adscribendæ. D. 53.

De Morgengaba. D. 72.

Mulier obarato nubens an amittat privile-  
gium & prioritatem dotis. D. 6.

De Mulierum renunciationibus. D. 25.

De Mutuo ab Administratoribus nomine  
Civitatum contractu. D. 16.

N.

De Notariorum subsignatione. D. 20.

De Novatione & Delegatione. D. 66.

De Nuptialibus donis. D. 51.

O.

De Oberleuterationis prosecutione. D. 69.

De Oblatione ad jurandum. D. 18.

De octiduo juramentis præstituto. D. 70.

De oneribus prædiorum & immunitate. D. 65.

De oneribus quæ spectant ad heredes allodi-  
ales aut Successores feudi. D. 32.

De operis & Servitiis rusticis. D. 33.

P. De

INDICULUS

P.

De pecunia hereditaria an præferatur doti.  
D. 7.

De pecunia loco Comestibilium & Morgen-  
gabæ constituta, quem locum in concursu  
habeat. D. 72.

De petitorio iudicio. D. 13.

De pœna adulterii & intercessione vel remis-  
sione conjugum. D. 82.

De pœnis commutandis & leniendis. D. 91.

De possessione adjudicanda. D. 37.

De possessorio momentaneo D. 1. & 13.

Præceptum de non solvendo Creditori an fi-  
stat usuras. D. 27.

De prælatione dotis respectu impuberum per  
Statutum privilegiatorum D. 5. it. respectu  
Creditorum. D. 6.

De prælatione hypothecarii. D. 58.

De præscriptione adulterii. D. 84.

De præscriptione ostiuana. D. 70.

De prioritate & prælatione sortis principalis  
& usurarum. D. 8 9 10.

De probatione & Reprobatione. D. 12.

De probatione dotis illatz. D. 4.

De prosecutione Leuterationis & Oberleute-  
rationis, it. Appellationis. D. 9.

De purgatorio juramento circa Conjugia in  
stupris promissa. D. 81.

Rationes gestæ tutelæ ubinam reddendæ. D. 36.

De Rebus per hostes ablatis atque venditis e-  
arumque restitutione. D. 90.

De Recognitione Instrumentorum. D. 12. & 74.

De

RERUM ET VERBORUM.

- De Recommendatione. D. 42.  
De Relutionis tempore. D. 11.  
De Renunciationibus mulierum. D. 25.  
De Repetitione Testamenti Actis publicis in-  
sinuati D. 44.  
De Repudiatione hereditatis. D. 57.  
De Resignatione judiciali & adjudicatione.  
D. 61.  
De Restitutione elapsi termini Saxonici in-  
probanda dote illata. D. 4.  
An Restitutione petitâ executio impediatur.  
D. 15.  
De Retorsione injuriarum. D. 85.  
S.  
De Salario semestri gratuito. D. 48.  
De Salvo conductu. D. 76.  
De Servitiis & operis rusticis. D. 33.  
Solidus denotat Ducatum D. 26.  
Solutio non rectè fit si Superior aut potenti-  
or Creditori delegetur. D. 64.  
De Spatio deliberandi circa hereditatē. D. 57.  
De Specificatione jurata D. 21.  
De Suspendiatis. D. 8.  
De Subsignatione Notariorum. D. 20.  
De Successione liberorum legitimorum & il-  
legitimorum. D. 49.  
Successio quò jure fiat. D. 54.  
De Sumptibus Studiorum. D. 50.  
T.  
De Tempore ad juramentum se offerendi D. 18  
De Testamenti, actis publicis insinuati, repe-  
titione. D. 44.  
De Testamentorum solenni & judiciali insi-  
nuatione. D. 45. Testa-

doti.

orgen-  
cursu

emis-

.91.

an fi-

m per  
spectu

cipalis

rlente-

gia in

e. D. 36.

dicis e

12. & 74.

De

INDICUL. RER. ET VERE.

Testamentum, ab Actuario & unico Scabino  
confectum, an sit firmum. D. 73.

De Testimoniis & Attestatis Judicium. D. 3.

Tutores ubinam rationes reddant. D. 36.

De Tutoribus qui etiam sunt Creditores,  
D. 34. & 35.

V.

Venditio rei non potest fieri cum immunitate  
te à futuris oneribus. D. 65.

De Venditore ob residuum pretii hypothe-  
cam in re vendita sibi constituyente. D. 63.

Usuræ an sistantur per præceptum de non sol-  
vendo Creditori D. 27.

Usuræ quando cum sorte principali sint sol-  
vendæ & habeant jus prælationis. D. 8. 9. &

10.

Usuræ quincunces sunt q̄s. legitimum inter-  
esse. D. 29.

De usuris alterum tantum excedentibus. *ibid.*

De usuris tempore Induciarum moratoria-  
rum D. 30.

Ususfructus ex bonis liberorum Matri &  
Aviæ tutricibus non competit. D. 62.

X.

De Xenis s. donis nuptialibus. D. 51.

Z.

Zuschreibung vor Gericht. D. 61.

F I N I S.

ax 9/1592  
10.17



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8  
 Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8

**KODAK Color Control Patches**

© The Tiffen Company, 2000

**Kodak**  
 LICENSED PRODUCT

3/Color Black

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



ipso  
 . tit.  
 testis  
 . Etb.  
 ed &  
 peri-  
 Con-  
 z an-  
 ferè  
 ma.  
 ere-  
 novi  
 icile  
 s re-  
 i; &  
 est:  
 om-  
 rates  
 z fa-  
 qui-  
 imè  
 HO-

con  
 Ari  
 lixi  
 Ime  
 mo  
 nin  
 pra  
 vig  
 (qu  
 pre  
 lex  
 den  
 edi  
 du  
 ora  
 dit  
 atq  
 rô  
 ru  
 Bu  
 Co  
 rin